



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Practica Cancellariae Apostolicae Cvm Stilo Et Formis In Romana Cvria Vsitatis

Paulus, Hieronymus

Venetiis, 1572

Si verò plures.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10350

gubernari Cartusien. ordinis Melden. Diœcesis Com-
mendator, & fratres domus beatę Marię Theutonicorum
Ierosolimitan.

In literis iustitie extenduntur.

Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio,
vel timore subtraxerint, censura simili appellatione
cessante compellas veritati testimonium perhibere.

Si verò duo.

Quòd si non ambo his exequendis potueritis interes-
se, alter vestrum ea nihilominus exequatur.

Si verò plures.

Quòd si non omnes & c. Duo aut vnus vestrum ea
nihilominus exequatur.

Ideoq̄ue.

SI Cardinali: Circumspectioni tuæ. Si Episcopo Frater-
nitati tuæ. Si plures: Vestrę. Si sint alij inferiores discre-
tioni vestrę, vel tuæ. Si Episcopo cum vno vel duobus
inferioribus, dicitur, discretioni vestrę per Apostolica scri-
pta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint euocandi, &
auditis hincinde propositis, quod iustum fuerit, appellatio-
ne remota, decernatis, facien quod decreueritis per cen-
suram Ecclesiasticam appellatione postposita compescen-
do. Quòd si non omnes & cæt. Si Episcopus, autoritate
nostra.

Rationi congruit, & conuenit honestati, vt ea, quæ de *Rationi*
Romani Pontificis gratia processerunt, licet eius superue- *cõgruã.*
niente obitu, literę Apostolicę super illis confectę non fue-
rint suum consequantur effectum.

Communis